Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



111.

Añ. Adiutorium nrm in nomine dni. Psalmus

Qui confidunt in dno sicut mons syon: non commouebit in eternum qui habitat in iersalem. Montes in circuitu eius et dns in circuitu ppli sui: ex hoc nunc et usq; in seculum. Quia non relinquet dns virgam peccatorum super sortem iustorum: ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Bene fac dne: bonis et rectis corde. Declinantes aut in obligationes adducet dns cum operantibus iniquitatem: pax super israhel. Gloria. Añ. Benefac domine bonis et rectis corde. Psalmus

In conuertendo dns captiuitatem syon facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio os nrm: et lingua nra exultatione. Tunc dicent inter gentes magnificauit dns facere cum eis. Magnificauit dns facere nobiscum: facti sumus letantes. Conuerte dne captiuitatem nram: sicut torrens in austro. Qui seminant in lacrimis: in exultatione metent. Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos. Añ. Facti sumus